

Quem iudeis non credentibus. et verbum dei
tanquam indigni respicientibus cultus dei transiit
ad gentes ad quas apostoli transferunt et tunc iudea
fuit a sinistra parte. et circa fines reuertit se
ad iudeos ad predicationem enoch et helie qui
ouertit corda patrum in filios. quoniam in diebus illis
saluabit iuda et reliquie israel salue fiat. qui enim
primo dixerat In viam gentium ne abieritis. post
ea precepit dicens. ite in orbem vniuersum. quia
ergo predicatio puenit etiam ad illos qui in sinistra
parte fuerunt dum siccato Cedronis vellere. nos
aream irrigauit. merito in parte sinistra legitur
euangelium. sicut in se. t. dicitur. **¶** In versus. **¶** Est
ratio cur pars altaris dextra in se. **¶** Principium fi
nemque tenet mediumque sinistra. **¶** Dextra iudeos.
gentiles leua figurat. **¶** Cepit ab his. **¶** Refert ab
his. **¶** Refert ab illos. **¶** Mostra fides. et erunt omnes
in fine fideles. **¶** Sed cum sacerdos qui pronunciat e
uangelium representat personam christi qui non predi
cauit gentibus sed iudeis. iuxta quod ipse dicit in
euangelio. **¶** Non sum. **¶** m. **¶** n. **¶** ab. **¶** o. que per. **¶** d. **¶** isr.
¶ Verum illud recte dicatur prudens auditor ad
uertat de hoc dictum sub ti. qualiter episcopus
vel sacerdos. ad quicumque vero altaris partes il
le se transferat. ministri eum retro sequuntur. **¶**
ut dictum est ibidem.

De euangelio. R.

¶ Opera prime tactum est qualiter sacer
dos non sollemniter celebrans ipsemet
euangelium dicit vniuersum quoniam episcopus vel
sacerdos celebrat cum ministris cuncta sollemniter
pagunt tunc enim in quibusdam ecclesijs vt rome
diaconus dextra manu pontificis osculato codi
ces euangelij sumit et altari illum subdiacono ad
ferendum tradens postea benedictio postulat ab
episcopo vel a sacerdote. et ei benedicit. **¶** In alijs tamen
ecclesijs prius benedictionem postulat quoniam codicem
suscipiat de altari. **¶** Data itaque benedictione pro
cedit diaconus ad pulpitem per dextram partem
chori. que precedit subdiaconus cum textu euang
elii. et illum precedit thuribulum cum incenso.
¶ Et ante thuriferarium ceroferarij cum faculis
accensis. ante illos in quibusdam ecclesijs crucis
vexillum. sicque pulpitem ascendit et euangelium inci
pit. quo dicto ad episcopum vel sacerdotem simul redeunt
que singula prosequuntur. **¶** Notandum est autem quod in
quibusdam ecclesijs in precipuis festiuitatibus dia
conus proficisci volens ad legendum euangelium
incipit antiphonam que est in nocturnis super bene
dictus. et dum ipse accedit ad pulpitem illa can
tatur et finitur a choro vt notetur caritas. et can
tatur sine neuma ad notandum quod deus non preci
pit nos habere nisi simplicem caritatem. **¶** Sane ista
figura mutatur. nam diaconus qui prius repenta
bat prophetam iam repentat euangelista. quod lex et pro
phete vsque ad iohannem et ex eo regnum celorum euang
elizat. ideo autem euangelium legit vt velud christus
post legem prophetas et per se ore suo predicauit. ita
post epistolam rithoniam et alleluisa post illud post predicatio
nem eius annunciet. **¶** Et dicit euangelium quasi bonum

nuncius. ab eum quod est bonum. et angelus quod est
nuncius est enim euangelium christi et apostolorum predicatio
nunciat quibus vitam post mortem. requiem post labo
rem regnum post seruitum. **¶** Est autem sciendum quod sic premi
net caput ceteris corporis membris. et illi cetera me
bra subiungunt sic et euangelium principale est omnia que ab
officio misse dicuntur. et toti preminet officio misse. et
quicumque ibi cantantur et leguntur illi osentiunt in
intellectuali ratione. put in. vj. parte sub diuina qualitate
dicitur. **¶** Diaconus ergo primo dextram manu pontifi
cis osculatur nihil dicens. quod predicator euangelizare
deus per gratia eterna. et quod sponsa dicitur. **¶** Dextra
illius amplectabitur me. nam et angelus qui resurrectionis
christi gratia venerat nunciare sedebat in dextra stola
candida coopertus in alijs tamen ecclesijs non osculatur sed so
lum inclinans benedictioem poscit. **¶** Verum subdiaconus
vel diaconus non manu sed pedes romani ponit. oscu
lat. vt summo ponit summa exhibeat reuerentiam et eum
illius ostendat esse vicarium eius pedes osculatur in r
illa que fuerat in ciuitate peccatrix. **¶** Adorandum est
enim scabellum pedum eius quod factum est. cuius etiam resur
rectionis a mortuis pedes in res tenentes adorauerunt
Generaliter enim nemo deus manu summi pedis oscula
ri. nisi cum deus manibus eius aliquid accipit. vel cum ad
manus eius aliquid tribuit vt ostendat quod ex utroque
obtemus ei gratias agere. qui sic sepe dicit propria sic
nunquam recipit aliena. quod oblationes flo. post. recipi
at sub ti. de oblationibus dicitur. **¶** Subsequitur diaconus
textum euangelij sumit et altari. quod si non exhibet lex
et verbum domini in iherusalem si reliqua mosaica lex que non
exiuerat de monte sinai sed euangelica. et quod propheta
ait. ecce dies veniunt dicit dominus. et consumabo tel. no.
et domum israel et domum iuda. **¶** Sumit etiam liber
et altari quoniam apostoli de altari euangelium acceperunt cum
predicationem passionis christi euangelizabant vel altare in
hoc loco significat iudeos a quibus transferret reg
num dei et dicitur gratia facienda fructum eius. **¶** Et ex eo quod
liber sumit de altari notat quod euangelium est verbum
dei. quod per altare significat. **¶** Item illud exo. xx. altar e
st terra facietis mihi. **¶** Sumit autem illum vt quidam
volunt de dextra parte altaris. quod ecclesia de iudeis a qua
nra suscipit exordium antiquum fuit a dextris. et
ponit eum in manu sinistra dextram suppones. iuxta
illud. **¶** Leua eius sub capite meo et dextra eius ample
xabit me. **¶** Et hoc propter triplicem causam. primo quia
euangelista deus celestia. quod dextram terrenis quod
sinistram intelligunt supponi. **¶** Secundo inclinat librum super
sinistram humerum. ad notandum quod christi predicatio de ge
ntili populo transferret ad iudaeum. **¶** isa. xx. c. in diebus il
lis saluabit iuda. **¶** Tercio quod in vita temporalis quod post il
las significat necesse est euangelium predicare et textum euang
elii in quibusdam ecclesijs ornatur exteriori argenteo. la
pidibus. put dicitur est in parte. iij. sub ei. de legalibus i
dumetis. **¶** Liber autem ipse ab aduentu factoris ab
altare donec euangelium legitur super altare remanet
quod quantum ad hoc significat in iherusalem. quoniam euangelica do
ctrina primum in iherusalem facta est. et ibi permansit ab
aduentu domini illud donec publicaretur gentilibus
Iuxta illud si non exhibet lex. vt. infra. **¶** Iherusalem
enim est locus passionis quod per altare etiam significatur

Consequenter benedictio postulat. quia nullus debet predicare nisi mittatur. iuxta illud apostoli quod predicabunt nisi mittantur. et dominus inquit apostolis Rogate dominum messis ut mittat operarios in messes suas. Ista autem cum audisset uox dominus dicentis. quem mittas et quis ibit ex uobis respondit. ecce ego sum mitte me. dixitque dominus uate. et dicit pro hoc huic. audite audientes. et cetera. Rursus huiusmodi benedictio per figuram qui moyses ascendens in montem accepit tabulas et benedictiones et pro hoc mandata proposuit. Et dominus etiam benedixit ordini diaconali. cui debet spiritus sanctus et misit ad predicandum per uniuersum orbem. Pontifex ergo uel sacerdos uisibilis benedicit diacono qui lecturus est euangelium quod non fecerat subdiacono lecturo epistolam. quia christus inuisibilis manens legem et prophetas que per epistolam significant inuisibiliter misit. hoc postquam in terris uisus. et cum hominibus uersatus est. apostolos et euangelistas uisibiliter misit et docuit. eutes inquit predicare dicentes. Appropinquabit regnum celorum. Illi autem egressi circuibant castella euangelizantes et eutes ubique. Et mittit eum ad legendum euangelium ad notandum quod christus misit apostolos ad predicandum regnum dei. diaconus autem ea que sibi in benedictione dicuntur. ostendit se corde purum ore mundum. et ope castum studeat se exhibere quantum sacrosanctum euangelium possit digne perferre. quia puteus aquarum uiuentium. id est euangelica predicatio non fluit impetu. id est liber de libano id est de corde casto et ore candido. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. primo peccatori dixit deus. Quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum. et ideo signo crucis munus. Deinde licentia et benedictione obtentis. et in super cruce impressa ut securus incedat procedit ad pulpitu cum silentio. inclinatio capite. nihil in quibusdam ecclesiis ferens. propter illud quod dominus ipse precepit apostolis quos misit ad predicandum regnum dei nihil inquit tuleritis in uia et neminem saluaueritis. In alijs tamen ecclesijs diaconus fert librum ut iam dicitur. hoc pueniens ad ambonem salutat quasi intrans domum cui offert pacem ut infra dicitur. et transit per dexteram partem chori ad sinistram. et liber euangelij de dextra ad sinistram transfertur. et ibi legitur quia de sion exiit lex ut supra. Iudea enim respiciente uerbum dei. apostoli transferunt de iudeis ad gentes. et postea predicatum est gentibus. que per sinistram intelliguntur. Unde apostolus ad hebreos. Vobis oportebat prius predicari uerbum dei. hoc quoniam repulistis illud et indignos uos iudicastis. Ecce conuertimur ad gentes. de hoc supra in te. proximo. In ecclesia romana et in quibusdam alijs subdiaconus per unam uiam et diaconus per aliam in pulpitu ascendit. quoniam ille docendo et iste discendo in augmentum scientie procedit. et quia ministrator per meritum operis. et predicator per meritum oris in augmentum iusticie progreditur. Unde psalmista. Iusticia tua sicut montes dei. per eandem tamen uiam descendentes ad pontificem reuertuntur quia per finalem per seue-

ranciam perungunt ab primo sicut dominus ait. Qui perseverauerit usque in finem. et cetera. Et quia predicatio sine ope non sufficit. cepit enim ihesus facere et docere. ideo predicator per eandem uiam reuertitur per quam accesserat ministrator. Preterea ideo lecturus euangelium ab una parte pergitur et ascendit. iuxta illud euangelij. per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. quoniam apostoli prius predicauerunt iudeis. et postea gentibus. sicut illud apostoli. quia repulistis uerbum dei et indignos uos fecit. et cetera. Sane diaconum subdiaconus antecedit. quia iohannes et eius predicatio christum et eius predicationem precessit portans in quibusdam ecclesijs puluinar. quod libro supponat. Per puluinar quidem. quod fessio supponitur per quietem significatur uel solatiu siue epalia. quasi diceret. Si uobis seminamus spiritualia non est mirum si a uobis metimus carnalia. Iam secundum apostolum prima ad corinthios. eorum qui altari seruiunt cum altari participant. Dignus est enim operarius mercedem suam. Math. x. et dominus precepit in lege. Non claudes os bouis triturantis. Rursus puluinar supponitur euangelio ad notandum quod sua uel est iugum domini. siue omne euangelij illud portare uolentibus. Unde in mattheo. Iugum meum suauis est et onus meum leue. Iugum iugum qui subiicitur omnia subiecta habet. secundum augustinum. Puluinar ergo suauitatis et dulcedo in mandatis dei. Unde propheta. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Et iterum. quoniam dulcia faucibus meis eloquia tua domine. In ecclesia tamen romana diaconus precebit ut doctor. subdiaconus sequitur ut auditor. Ille precebit ut predicet. iste sequitur ut ministrat. Post lectionem uero subdiaconus quasi sufficienter edoctus precebit. referens euangelium. quoniam mercedem euangelij de sua ministracione reportat. Secundum illud quod dominus ipse promissit in euangelio. Qui recipit prophetam in nomine prophete. mercedem prophete recipiet quem ideo premitte diaconus ad pontificem ut ostendat se fructu predicacionis referre. de quo dominus iusserat. Posui uos ut eatis et fructum afferatis. et fructus uester maneat. Ad hoc subdiaconus librum et puluinar reportans. significat quod predicator bono opere debet uitam suam deo offerre. Unde apostolus ad corinthios ix. Omne quodcumque facitis. aut uerbo aut ope. in nomine domini ihesu christi facite. Premitte quoque episcopus ante euangelium thuribulum cum incenso. quia christi opera preceserunt eius doctrinam. Iuxta illud. cepit ihesus facere et docere. Thuribulum autem cum thure significat orationem cum deuotione. quare tunc maxime debet habere fideles in audiendo diuinum sermonem. Rursus diaconus ideo premitte thuribulum quia predicator debet odorem bone opinionis ex se mittere. Iuxta illud apostoli. Christi bonus odor sumus in omni loco. Nam cuius uita despiciatur restat ut eius predicatio ostentatur.

41

Tercio thuribulum precebit ut ipsius diaconi
oro sicut incensum in conspectu domini dirigatur. Ante
thuribulum vero premittebat duos ceropterarios cum
faculis accensis. Primo quia debet desiderium et gau-
dium in cordibus audientium accedere. quatenus et
libenter audiant et gratanter obediant. In
quibusdam tamen ecclesiis thuribulum cereos
precebit. quasi orationes opera et virtutes de ratio-
ne famam lucem et signa precebit. Juxta illud
Luce. Luceat lux vestra. et illud. et virtus exibat
de illo et sanabat omnes. Secundo sacerdos vel e-
piscopus premittebat ante diaconum duos accoli-
tos portantes cereos et incensum. ad notandum
quod Christus premittebat binos nuncios ante faciem suam
in omnem civitatem et locum quo ipse erat ventu-
rus preferentes choruscationes miraculorum
et odorem virtutum. Unde reuersi dixerunt. Do-
mine in tuo nomine etiam demonia subiciuntur
nobis. facies enim Christi convenienter hoc intelli-
guntur apostoli. qui normam doctrine sue popu-
lis ostentebant. propter quod ipsis aiebat. Qui
vos recipit me recipit. Tercio ideo librum eu-
gelij precebit thuribulum et candelabra quia
doctrinam Christi virtus et fama precebit euan-
gelista testante. Exiit Iesus in virtutem spiritus
in galileam et fama exiit de illo in vniuersam
regionem et ipse docebat in sinagogis eorum.
Quarto propter causam in secunda parte sub
accolito scriptarum sursum duo cerei illuminati do-
ctores ecclesie per quos ecclesia illuminatur et
qui debent habere noticiam veriusque testamini. de
signantur. Hinc est quod ipsi cerei plerumque quibus-
dam diuersorum colorum lineis decorantur. ad no-
tandum quod per doctores ipsos sacra scriptura di-
uersis sensibus exponitur. prout dictum est in
proximo libri. Si vero linee ipse auree vel argen-
tee sint. designat quod in ipsis doctoribus est aurum
sapientie et argentum eloquentie. vel cerei ipsi
designant duo testamenta quibus genus hu-
manum illuminatur. vel legem et prophetas. qui
in quibusdam ecclesiis dum euangelium legitur
in pavimento ponuntur. quasi legis umbra et pro-
phetarum emigmata per lumen euangelij. etiam
ab humilibus intelliguntur. quia per euangelia-
tam doctrinam lex et prophetia penitus euane-
runt in littera. In quibusdam tamen ecclesiis in
diebus festis vnus puer cum vno tantum ce-
reo diaconum precebit. per quod significatur quod
primum Christi aduentum qui humilis fuit et occultus
preuenit tantum vnus cursor. scilicet iohannes bap-
tista qui fuit lucerna verbi. In diebus vero festis
duo cerei precebitur quia in secundo aduentu
qui solennius erit et manifestus duo premittebat
precones. scilicet iasias et enoch. qui interficientur
ab antichristo in iherusalem. quod significatur
per extinctionem cereorum. De candelabris et
etiam cereis aliter dictum est in prima parte sub
titulo picturis. Antecedat quoque crux primo
ad notandum quod diaconus debet predicare crucifixum
Secundo quod qui eum inuenitur per fidem sanatur

a morfu serpentis antiqui. ipse enim est serpens
in palo. Tercio crux precebit euangelium in signum
quod predicator debet sequi crucifixum. unde dominus
inquit petro sequere me. ioh. xxi. c. Post hec
diaconus super ambonem ascendit. Dicitur autem
ambo ambonis pulpitiū ubi legitur euangelium
ab ambio ambis quia locus ille gradibus ambiens
Sunt enim in quibusdam ecclesiis duo paria gra-
duum siue duo ascensus in illum per mediū cho-
ri vnus a sinistris. videlicet versus orientem. quo
fiat ascensus. alter a dextris videlicet versus oc-
cidentem quo fiat descensus. ut premissum est vel
ascendit ab australi parte. Nam Christus ab bethel. id
est bethleem que est ad austrum venit in iherusalem
Unde dicitur. deus ab austro veniet. Ascendit
ergo super ambonem ad notandum quod christus
ambit omnes qui custodiunt verbum euangelij
et ut possit ambiri et sic melius ab omnibus in-
telligi. Item ascendit ut in edito et alta voce an-
nunciet euangelium tanquam vbiq; et ab omnibus
audiendum. Juxta illud prophetici. Super mon-
tem excelsum ascende tu qui euangelizas sion ex
alta in fortitudine vocem tuam. Et dominus inquit i
euangelio. Quod dico vobis in tenebris dicite
in lucem. et quod in aure auditis. predicate su-
per tecta ut imitemur dominum qui in montem
ascendit ut euangelium predicaret et apertis
os suum docebat discipulos dicens. Beati pau-
peres spiritu etc. Lex etiam in monte data est euan-
gelij ergo in alta et eminenti loco legitur. quia do-
ctrina euangelica dilatata fuit vbiq; terrarum.
Unde in omnem terram exiit sonus eorum. et in etc.
Epistola vero in loco inferiori. quia lex et pro-
phete que per illam figurantur clausi fuerunt i
iudea. Unde notus in iudea deus etc. Preterea
per epistolam predicatio veteris testamenti. que
humilior. per euangelium noui testa. que excel-
lentior est intelligitur. doctrina enim Christi. vel lex
euangelica excellit apostolicam et apostolica le-
galem doctrinam. Unde apostolus ad hebreos. vij
Lex veniet ad perfectionem ducit euangelium
autem dat salutem omni credenti. In missa tamē
pro defunctis non in loco eminentiori. sed iuxta al-
tare euangelium et epistola leguntur. ad notandum
quod quantum spectat ad defunctos. talia non sunt
predicationes. que viuus publice fiunt. Ipsi autem
tem cum sint absentes fieri nequeunt publice vel
occulce. sed magis sunt pro ipsis orationes per
quas ad christum qui per altare significatur ap-
propinquantes eis possumus reuelationem ali-
quam obtinere. Legitur etiam de more euan-
gelium super aquilam. Juxta illud. Et volauit
super pennas ventorum. Et aquila ipsa seu locus
in quo legitur in diebus festis aliquo panno
limbo vel serico opitur. ad significandum molli-
ciem cordium christianorum. Unde dominus per pro-
phetas. Ecce cor carneum dabo vobis. et scribam
legem meam in cordibus vestris. Locum quo in
quo epistola legitur non copitur. ad significandum
duriciam cordium iudeorum. Lecturam autem euangelium

transit ab parte sinistra in prout iam et supra
sub titulo de mutacione sacerdotis dictum est. et
opponit faciem suam aquiloni. Juxta illud ysa-
xliij. Dicam aquiloni da et austro. noli prohibere
ut ostendat nos doctrina euangelij debere arma-
ri. et predicatione xpi contra illum specialiter di-
rigi. qui ait. Pponam scutum meum ab aquilone.
et similis ero altissimo. Nam et secundum prophetam
Ab aquilone pandetur omne malum super habi-
tatores terre. Rursus versus aquilonem euange-
lium legitur. Juxta illud quod legitur in canti-
cis quarto. Aquilo surgat. et diabolus fugiat.
et auster veniat. et spiritus sanctus accedat. Recte e-
nim contra diabolum euangelium legitur. ut il-
lum sua virtute expellat. quoniam diabolus ni-
hil tantum quantum euangelium obicit. Siquidem
aquilo ventus frigidus diabolum significat. qui
flatu temptationum corda hominum a dei timore
congelat et refrigerat. Cum ergo fides in euan-
gelio contineatur. que est armatura nostra contra
diabolum. Juxta illud. Cui resistite fortes in fi-
de. merito legitur contra illum. Quandoque etiam
versus meridiem legitur. quia doctrina xpi que
primo fuit inter iudeos. et nunc inter gentes.
ad eos in fide rebibit. Hi vero qui eum inueni-
endo precesserunt respiciunt ad euangelium. et ad
faciem reuerentis. prout sub epistola dictum est
Deinde lecturus euangelium salutat populum
ut illum ad audiendum verbum dei attentum red-
dat dicit dominus vobiscum. ostendens etiam p-
hoc se orare ut dominus sit cum eis. et obseruas
quod dominus iussit. In quacumque domum intra-
ueritis primum dicit e pax huic domui. Chorus
vero et populus quasi redditus attentus ad il-
lum et ad quacumque partem euangelium le-
gitur se vertunt. quia omnibus propositum est
Ite in mundum vniuersum predicare euangelium
omni creature id est homini pro quo facta est omnis
creatura. vel qui habet aliquod participium cum
omni creatura. Et respondens. et cum spiritu tuo
supple ut digne possis euangelium legere. ac si
dicant. tecum sit ad dicendum. et sic mutuo se sa-
lutant. prout sub priuatione dicitur. Sane eu-
angelium stando et non sedendo auditur. sicut sta-
tuit Anastasius papa ut ad prelium pro christi
fide seruanda promptitudo notetur. Unde luce
xij. Qui non habet gladium vendat tunicam et
emiat illum. et quia ipsius doctrina ad amorem
celestium dirigit mentes nostras. Ad huiusmodi
etiam promptitudinem designandam quidam dum
euangelium legitur clamides deponunt. et etiam
ad denotandum quod omnia temporalia dimitten-
da sunt propter christum. Juxta illud euangelij. Ec-
ce nos relinquitur omnia et secutus sum te. Et
ex quo standum est apparet. quod nec iacere nec appo-
diari debemus euangelium audiendo. Reclina-
toria ergo tunc relinquuntur. ad denotandum
quod non debemus consistere in principibus. nec
sustentari in terrenis. quia vanitas vanitatum
et omnia vanitas. dicit ecclesiastes. Subaudi-

oparatione dei. in quem curam nostram iactare
debemus. Et secundum ipsum anastasium stantes cur-
ui manere debemus ut humilitatem que a domino
docetur etiam corpore demonstramus. Auditur
etiam capite nudato. Primo ut attentio adesse
monstratur. ob quam etiam causam quidam tunc
mentionem et genas manu tenent. Secundo ut
quicquid sensus patuli sint ad audiendum. Tercio
ad notandum quod omnia que sub velamine et fi-
gura in lege et prophetis continebantur sunt in
euangelio manifestata. In christi enim passione ve-
lum templi scissum est. et. Deponuntur etiam
tunc baculi et arma. Primo ne imitemur iudeos
in conspectu crucifixi arundines et arma ferentes.
Secundo ad notandum quod christo predicante omnes
legales obseruantie que per baculos significan-
tur deposite sunt. Tercio depositio baculorum et
armorum humilitatem notat et christiane perfectio-
nis esse se non vindicare. sed domino reseruare
vindictam. iuxta illud. Vbi vindictam et ego
retribuam dicit dominus. Et matth. v. Qui se p-
cusserit in vna maxilla prebe ei et alteram. Au-
ditur etiam euangelium in silentio. quia omnia
soluta sunt in euangelio que in lege et prophetis
promissa erant. Pontifex quoque seu sacerdos
dum euangelium legitur faciem vertit ad illud
ad notandum quod christus predicatores euangelij semper
ad adiuuandum respicit. stans super scabellum
ad designandum quod per huiusmodi predicationem
omnis aduersa potestas debellatur. et christi pe-
ccatis submitteatur. et sic impletur quod in psal-
mo dicitur. Donec ponam inimicos tuos scabellum pe-
dum tuorum. Diaconus vero statim postquam si-
bi responsum est. Et cum spiritu tuo. ut cum deo
reddat doctores et beniuolos ad audiendum ver-
bum euangelij id est bonum nuncium nunciantez
regnum dei subdit. Sequentia sancti euangelij
thurificans librum et signans signo crucis. Et
etiam in quibusdam locis osculatur librum. quod
hic est liber seu euangelium dei. hic est liber cru-
cifixi. quem predico. hic est liber pacifici. pro quo
reconciliationem accepimus. Unde apostolus
prima ad cor. primo. Predicamus vobis christum
crucifixum. per incensum autem fumum bona pre-
dicationis opinio intelligitur. Deinde signat
se in fronte. in ore pariter et in pectore. seu in
corde. ne diabolus qui bonis operibus insidiatur
tollat ei per erubescenciam deuotionem de cor-
de vel sermonem de ore. ac si dicat. ego christi
crucem non erubesco sed eam ore predico. et cor-
de credo. quia corde creditur ad iusticiam. ore
autem confessio fit ad salutem. Predicamus inquit
apostolus christum itesum et hunc crucifixum iudeis
quidem scandalum. gentilibus stulticiam. Et apo-
stolus ad galat. vi. Michi absit gloriari. nisi in
cruce domini nostri iesu christi. Dominus etiam in
euangelio ait. qui me erubuerit et sermones meos
hunc filius hominis erubescet. cum venerit in ma-
iestate sua et patris et angelorum sanctorum. Vnde
in danieli legitur. Non est confusio confitentibus te

Quidam autem signant se tñ in fronte et in pectore quasi in utroque superliminari. Clerus vero et populus audito titulo euangelij seque sequencia etc. siue bono nuncio vertentes se ad orientem siue ad altare ut deus qui verus est oriens glorificent quia misit eis verbum salutis sicut legitur in actibus apostolorum. et glorificauerunt deum dicentes ergo et gentilibus deus penitentiam dedit. et vitam cum reuerencia et honore. respicit dicit Gloria tibi dñe. Proposito itaque euangelio ad legendum in quo agitur de gloria et de nostra liberatione. seque qualiter christus diabolum deuicit et nos ab ipsius seruitute liberauit. et victor ad gloriam patris ascendit. ipsi auditores euangelij letantes in laudem sui saluatoris cōclamant dicentes. Gloria tibi domine. quasi dicant. gloria tua que nobis in euangelio predicatur nobiscum sine fine permaneat et semp̄ crescat. et hæc dicendo signo crucis in fronte in ore et in pectore. se similiter contra diabolum muniunt. ne eos impediatur in audiendo. In fronte. quia ibi est locus pudoris et recumbie. Unde per hoc quod crucem fronti impingunt. ostendunt se non erubescere credere et crucifixum. cuius liber legitur. et eum habere et deum et dominum. Per hoc quod in ore signant significat se crucem domini audacter predicare. Per hoc quod in pectore ostendunt se libenter operari pro nomine christi. quia etiam ratio quidam quādiu euangelium legit cum utroque pollice ante pectus signum crucis figurant sursum nos in ore signamus. ad designandum quod de verbis euangelij debet esse locutio nostra. In pectore vero ad significandum quod verba euangelij debent nos percutere in pectore et in mente. Vox vero post factum signum crucis versus diaconum audituri euangelium se cōuertunt. De crucis misterio dicitur in psalmo v. partis. Porro alicui subdiaconus dum legitur euangelium sinistram manum libro supponit ad notandum quod illi qui sub rege legis fuerunt. quorum finis seu vltimus fuit iohannes. quem significat subdiaconus. et si aliqua bona agebant illa tñ debilia et infirma erant que per sinistram significantur. quia si lex ad gratiam disponeret tñ gratia non pretebat. Conuenienter ergo sinistra manus libro euangelij supponit. in quo christi fides predicatur. sine qua opera legis nemo saluatur. Rursus per sinistram manum tpalia. per libro euangelij spūalia cōgrue designantur. Manu ergo sinistra libro supponitur. ad notandum quod sic anima sine corpore non viuit ita nec spūalia diu sine tpalibus subsistere possunt. Terminatur autem euangelium exaltando vocem in fine. prout sub eplā dictum est. et mox illo finito munit se diaconus signo crucis. ne diabolus susceptum semen euangelij de vase signato surripiat. Et tēde euangelium osculatur. ad notandum se ex caritate et amore euangelizasse. Auditores vero se versus orientem cōuertunt quasi ad hierusalem gratias agentes. quia in te venit ad nos euangelium. Juxta illud quod dñs dixit in euangelio apostolus. Vos

eritis mihi testes horum in omnes gentes incipientes a hierusalem. et signo crucis in pectore seminiunt contra diabolum ne semen verbi dei suffocetur in eis. Unde luce. viij. volucres celi ometerunt illud. Et ne sermonem domini rapiat de pectoribus eorum. quasi dicant. deus nos faciat in doctrina christi perseuerare. et ut significet se habere in corde quod exprimit ore. Quod etiam apertius designatur in quibusdam ecclesijs in quibus finito euangelio dicitur amen et bene. quasi dicant. Verum est quod in euangelio dictum est quod est cōtra quosdam hereticos qui lecto euangelio quasi contra dicentes dicunt falsum est. vel amē. q. d. Fiat nobis quod dominus in euangelio pollicetur. in alijs vero ecclesijs dicit deo gratias. sic fit post aliquam lectionem vel capitulum. Quidam etiam literati dicunt. Benedictus qui venit in nomine domini. quod est finis euangelij matthei quod legitur in festo beati stephani et in dominica palmarum. In quibusdam locis cerei qui significant doctores per quos ecclesia illuminatur. statim post lectum euangelium extinguuntur. quoniam christo in eis loquente possunt ecclesiam illuminare. eo autem tacente. id est spūsancto ab eis recedente hoc ne queunt. Preterea euangelij predicatione finita. ex et prophetie cessabunt. In nonnullis tñ ecclesijs dum euangelium legitur candelabra cum cereis deponuntur ad tertiam. ad notandum legem et prophetiam inferiorem euangelio esse. Consequenter subdiaconus cubicem euangelij refert. diaconus vero vacuus redit. ut ostendat se predicatione finita contemplationi vacare. veniens autem prius ad legendum euangelium librum in quibusdam ecclesijs ferebat. ad notandum quod ipse non solus debet docere. sed et facere. Redit etiam ad episcopum seu sacerdotem unde venit ad notandum quod omnis doctrina a deo est et ad ipsum reuertitur. Unde salomon. Unde exeunt flumina reuertuntur. Textus quoque euangelij. super puluim reportatur quia ecclesia ut audiuit euangelium illud suauiter corde suscepit et letata est. Juxta illud. Audiuit et letata est sion. Et ait. Anima mea liquefacta est. ut dilectus locutus est. Liber quoque euangelij et thuribulum ad pontificem reportatur. quia ad eum omnia bona referenda sunt a quo cuncta procedunt. Ipse enim est finis consumans sed non consumens. alpha et o primus et nouissimus incipit et finis. Nam et apostoli predicatione peracta ad christum cōuersi sunt. referentes ei gratias de miraculis et predicationis effectu. Episcopus vero thus odorat et euangelium osculatur. Primo ad notandum. quia quod christus inspirauit et docuit hoc approbat et acceptat. Deus enim mihi accipit nisi quod efficit. nec remunerat nisi quod donat. quia sicut cuncta que facit bona sunt sic nulla sunt bona nisi que fecit. Nam vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. Secundo apertum cubicem osculatur. ad significandum quod scire debet. et nuda ac aperta sibi esse debent que cuncta sunt in lege. Unde luce. v. vobis datum

est nosse misteria verbi tui. Et malach. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam. et legem exquirunt. supple subbiel de ore eius. Tercio quia ipse solus intrat in sancta sanctorum. prout in proximo huius peris dictum est. Quarto quod huiusmodi osculum significat affectum amoris ad euangelium. qui precipue in episcopo vigere debet a deo ut patet sit mortem pro eo subire. Quinto subdiaconus librum aptum prelado seu sacerdoti offert ad osculandum. ad notandum ipsum debere delectari in fide. delium que infusa est in eis et patefacta per euangelij predicatorem que prius in lege fuerat clausa. Postea in quibusdam ecclesijs liber clausus illis qui sunt in choro ostenditur. pro eo quod post premissa verba vobis datum est. et cetera. Sequitur in apostolo. ceteris autem in parabolis. Et est aduertendum quod postquam diaconus lecto euangelio librum osculatus est ad notandum se ex caritate et amore euangelizasse. tunc demum fertur euangelium episcopo. qui christum significat ad osculandum. id est ad predicationem acceptandam et non ante ad figurandum quod deus illas dumtaxat predicationes acceptat que fit ex amore et caritate. Veruntamen in missa pro defunctis euangelium non fertur pontifici ad osculandum. tum quod tunc premissa rationes cessant. tum quia in missa illa omnis solennitas subtrahitur. ne festiue solennitates cum desolationis meroribus misceantur. Legens tamen euangelium in missa pro defunctis librum in quibusdam ecclesijs osculatur. quia quicumque illud pronunciat debet caritatis amore in illum intentere cuius doctrina euangelicaz recitauit qui amor per osculum designatur. Et attende. quia statim post libri osculum sacerdos minister pontificem qui christum designat incensat ad ostendendum quod sacerdotis maxime officium est orationis ignitum sacrificium. quod per incensum significatur. christo offerre non solum in expiacione delicti. verum etiam in gratia actionem. prout in leuitico habet. Potest etiam sub epologo dici. quia quod liber euangelij per subdiaconum portatur quod subdiaconus pulpitem ascendit. quod aperto libro populum salutat. et omnes respondet. quod elevatum euangelij premitte. quod alta voce et distincte et contra aquilonem legit. quod omnis populus aures et oculus ad librum dirigit. et in silencio ac stantem audit. et in fine ad celum manus leuans orat dicens amen. hec inquam omnia et singula ex lege sumuntur. Legitur enim in principio neemie. quod congregato populo ad plateam que est ante portam aquarum ebras scriba attulit librum legis moysi. et stetit super gradum ligneum quem fecerat ad loquendum. et aperuit librum coram omni populo. Porro leuite silencium faciebant in populo ad audiendum legem benedicentes deo magno. et omnis populus stans in gradu suo respondit amen. Et legerunt in libro legis tui distincte et aperte ad intelligendum. Omnis vero populus euangeliis manus suas adorauerunt prout ad terram. Illud quoque preterendum non est quod euange-

lij que in ecclesijs leguntur generaliter due prefationes premittuntur. Prima est initium sancti euangelij. Secunda sequencia sancti euangelij. Siquidem prima prefatio premitteur principio cuiuslibet euangelij quatuor euangelistarum. scilicet euangelio iohannis. In principio erat verbum euangelio matthei. Liber generationis. euangelio luce. fuit in diebus herodis. et euangelio marci. Principium euangelij ihesu christi. quod in quibusdam ecclesijs legitur in prima dominica de aduentu. ut ibi dicitur. et tunc non subicitur illis. In illo tempore. quia in ipsis principijs agitur. et determinatur certum tempus. Unde esset nugatio et superfluerent verba illa. Secunda vero prefatio premitteur omnibus alijs euangelijs. Et dicitur sequencia quia verba ipsa que legenda sunt secuntur post initium seu post ea que precedunt in euangelio unde sumpta sunt. Unde cum dicitur sequencia. suppleendum est sunt verba sancti euangelij et cetera. vel sequencia est numeri singularis. et tunc cum dicitur sequencia facti euangelij scilicet iohannem suppletur hec est. Sane in euangelijs quibus ipsa secunda prefatio preponitur subicitur quandoque. In illo tempore. et quandoque non subicitur. Siquidem siue. In illo tempore dicitur. quando ex eorum verbis certum est de tempore. ut premissus est. et tunc incipiunt per aliquam determinationem regie vel alterius potestatis. ut illud anno quindecimo tiberij vel per simplicem rei geste narrationem certum tempus determinantes. ut illud cum esset desponsata. et illud. Postquam consummati sunt. et illud. Cum natus esset ihesus et illud. Factum est autem cum baptizaretur et illud. Cum esset ihesus annorum duodecim et illud. Postquam impleti sunt dies. et illud. Vespere autem sabbati. et illud. Elizabeth impletus est. et cetera. Reliquis vero euangelijs subicitur. In illo tempore et est sensus. In illo tempore scilicet gratie de quo dicit apostolus. Ecce nunc tempus acceptabile et cetera. Non est etiam omittendum quod euangelium legitur in ecclesia quibus secundum hystoriam. ut illud quod dicitur in die pasche Maria magdalene et maria iaco. et cetera. Et illud quod cantatur in natali ad secundam missam de pastoribus. Quandoque secundum allegoriam. ut illud quod legitur in assumptione beate marie. in quo mentio fit de maria et mareba. Vbi dicitur. Intrauit ihesus in quoddam castellum. et cetera. prout ibi in septima parte dicitur. Quandoque secundum rem. ut illud de sancta trinitate. Quandoque secundum personam. ut illud quod cantatur in festo sancti thome apostoli. vbi dicitur. Thomas vnus de duodecim. Quandoque secundum partem ut illud quod dicitur in festo sancte crucis de nichodem. vbi dicitur sic. oportet exaltari filium hominis et cetera. In quo versu christus passionem suam significat et exaltationem corporis sui in cruce. Et ideo euangelium in quo hec clausula continetur legitur in festo sancte crucis et in festo michaelis archangelij. propter illum versum angeli eorum semper vident faciem patris sui qui in celis est. Item

etiam sed in partem ut illud. **L**iber generationis
et hoc propter ultimum versum in quo fit me-
cio de xpo. Quandoq; sed in totum ut illud quod
legitur in circumcissione dñi. Postq; consumat fuit
dies octo et c. Quandoq; sed in tempus. ut illud
quod dicitur in prima die quadagesime scilicet
propter ieiunium. Quandoq; propter letanias
ut illud. Si quid pecceritis. et c. quod in letanijs
dicitur. in quo fit mencio de duo pane et pisce.
Et quandoq; propter locum. ut illud quod legitur
in dominica sexagesime scz. Exiit qui seminat. et c.
Sane mulier etiam abbatisa nō debet legere
euangelium. licz em̄ beata virgo dignior et excel-
lencior esset apostolis vniuersis. dñs tamē non
omisit ei clauēs regni celorum. hinc est q; abba-
tissa nō pōt pprias moniales benedicere. vel eaz
cōfessiones in crismibus audire. vel euangeliū
legere vel publice predicare. In matutino tamē
posset sed n̄ publice euangelium dicere. Et nota
q; quatuor sunt euangelia de beata maria. ut di-
cetur in vij. parte sub festo assumptionis.

De Symbolo. **S**.
Euangelio lecto mox cantatur alta
voce symbolus illud scz. Credo in vñm
deum. quia em̄ corde credit ab iusti-
ciā ore aut fit confessio ab salute. **S**o-
eclesia ut ostēdat q; euāgelij verbū seu p̄dicatō
nez fide et corde recipit mox fidei symbolū ore de-
cantat. **S**ymbolum ergo post euangelium fidem
post predicatōnem ostendit. **V**nde Jo. hoc eo lo-
quente multi crederunt in eum. **N**am scdm apo-
stoluz ab roma. x. fides est ex auditu. auditus autē
per verbum dei. **D**icitur autē alta voce ut om-
nes illud dicāt et addiscāt. **O**mnis em̄ xpianus te-
netur publice fidem catholicam profiteri p̄pter
quod in fronte signatur. **I**n prima vero et in cō-
pletorio sub silencio dicitur. ne misce morientes
perdant suauitatem vnguenti prout in v. parte
sub t. de prima tangetur. **R**ursus ideo in missa p̄-
tenter dicitur ad notandum q; hodie fides catho-
lica libere predicatur. et docetur. **I**n prima vero
sub silencio dicitur. ad notandum q; in primiti-
ua ecclesia presertim tempore passionis christi. p̄-
dicatores. et fidei professores siluerunt. et in cō-
pletorio ad notandum q; similiter in fine secu-
lorum. antichristi persecutōne inualecente illo-
rum ora clauduntur. **S**ane sacerdos seu eps illud
incipit ad designandum q; omne bonum a xpo p̄-
cedit. **N**am omne datum optimum. et omne donū
perfectum desursum est. b. a. p. lu. **N**e autem mi-
licus ille celestis dicat. **S**ancti uimus vobis et nō
salaustis. **S**onus euangelice doctrine consona
voce respondet. et solenni tripudio fidem catholi-
cam profitetur dicens. **P**atrem omnipotentem
et c. quāuis in missa p̄p̄e quādoq; aliter obserue-
tur put iam dicitur. **A**d hoc sacerdos illud incip-
piens manet erectus ante medium altaris. ma-
nibus extensis sursum eleuatis quas postq; ince-
perat iungit. **S**i quidem sacerdos ipm̄ respirans
erectus manet. ad notandū q; xpc semp̄ patens ē

sanctis spūalia bona largiri. et ante altaris me-
dium. innuens q; non est personarum acceptor.
sed quantum in ipso est omnibus equaliter in fiu-
it nec angelum diligit nec simum manibus quoq;
extensis. ad designandum q; parat⁹ est habūdan-
ter bene meritis illa largiri. sursum em̄ eleuatis q;
si ipso facto ostēbens q; que sursum sunt querere
atq; a deo misericordias poscere. et in eo solo spe-
rare debemus. **D**emte postquā inceperit manus
iungit. quia ei soli de preceptis bonis gratias a-
gere et humiliare debemus. **E**t quomā symbolum
verbum est euangelicuz quo ad sensum. ideo stā-
do illud audire sicut et euangelium. et illo dicto
signum crucis facere debemus. **S**ymbolum autē
grece latine sonat iudicium vel signum. vel col-
latio. tum quia regulam fidei plenam iudicat et
perfectam. tum quia simul in vnum fidei conti-
net articulos. **E**t nota q; triplex est symbolum.
Primum est symbolum apostolorum. quod vocat⁹
symbolum min⁹ quod videlicet ex institutione ba-
masi pape dicitur tacite per ferias. in singulis ca-
nonicis horis. **E**t illud dicitur a syn quod est cō-
tulos quod est sententia. quia cōpositum fuit
ex diuersis v̄bis apostolorū sic pueri in festiuis
conuenientes afferre solent tolos idest frustra
carnium et panis. que in vnum collecta symboluz
vocantur. idest collectio misericordiarum. **T**radit⁹
em̄ q; postq; apostoli spm̄ paracleticum acceperunt
cum iam forent ad predicandum euangelium pro-
fecturi cōferentes in vnum super articulis f. dei
statuerunt. ut sicut omnes erant in vna fide con-
cordes sic omnes vnam fidem concorditer prebi-
carent. et ideo symbolum minus cōponentes vnus
quisq; bolum. idest particulam vnam apposuit.
Vnde scdm apostolorū cathologum siue numerū
duodecim particulas dinoscitur cōtinere. **P**etr⁹
namq; apposuit. **C**redo in deum patrem omnipo-
tentem et c. et c. **A**ndreas. **E**t in itezuz christū
filium eius vnicū dominū nostrum. **J**acobus
qui conceptus est de spūsancto natus ex maria
virgine. **J**ohannes. **P**assus sub poncio pilato cru-
cifixus mortuus et sepultus. **P**hillippus. **D**escen-
dit ad inferna. **B.** **R.** **A.** **M.** **B**artholomeus. **A**scen-
dit ad celos sedet ad dexteraz dei patris omnipo-
tentis. **T**homas **I**nde venturus est iudicare vi-
uos et mortuos. **M**attheus. **C**redo in spūsanctū
Jacobus. **S**anctam ecclesiam catholicam sancto-
rū cōmunionē. **S**ymon. **R**emissionem peccatorū
Thateus. **C**arnis resurrectionem. **M**atthias. **E**t
vitam eternam. **S**ecundum symbolum est. **Q**ui
cunq; vult salus esse. et c. **A**b anastasio p̄iarcha
alexandri in ciuitate. **T**reueri cōpositum. hoc em̄
potest dici tertium. nam nicenum de quo sequit⁹
fuit prius in prima nicena synodo cōpilatum.
Tercium est nicenum. scz. **C**redo in vnum deum
quod damasus papa ex cōdicto vniuersalis syno-
di apud constantinopolim celebrare instituit. in
missa canari patenter. quamquā et marcius pa-
p̄ primus statuisse illud alta voce canari. **E**t
vocatur symbolum maius. **A** grecis ergo v̄sus